



# **Insulae Americanae in Oceano Septentrionali cum terris adjacentibus.**

<https://hdl.handle.net/1874/430083>

IN SVLÆ AMERICANÆ  
IN OCEANO SEPTENTRIONALI,  
cum Terris adiacentibus.



Amplius Prudens Doctusque Viro  
D. ALBERTO CONRADI VANDER BURCH,  
I. C. Reip. Amsterdamenti Senatori, Collegii  
Scabinorum Praesidi, Societatis Indicaeque  
ad Occidentem militat. a sebori, et nuper  
ad Magnum Moscoviae Ducem Legato,  
Tabulam hanc inscribit  
Guilhelmus Blaeuw.

Millaria Germanica  
Millaria Hispanica

4591

I N S V L Æ A M E R I C A N Æ.

fula, Cancellariæ Regiæ Auditores, ærarii Præfectus, alique regii ministri commorantur. Moneta regia hic cuditur. Templum habet Cathedrale, cui præfidet Archiepiscopus, Suffraganeos habens Episcopum Conceptionis de la Vega, in hac Insula: S. Ioannis de Porto Rico; Cubæ Insulæ, Venezuela; atque Abbatem Iamaicæ, monasteria aliquot, scholam Grammaticæ, Xenodochium & Castellum. Superiore sæculo valde floruit navium appellationum frequentia, quæ tergora, cassiam fistulam, faccarum, sebum, omnis generis merces & comæatum, porcos & equos hinc avehebant in usum aliarum regionum, quæ tunc reperiebantur; etiam aurum & argentum, quæ ex altis montibus, Las minas vejas dictis, copiose effodiebantur. Civitas hæc ab Anglis occupata fuit anno 1586, Duce Francisco Draco.

Reliqua hujus Insulæ oppida sunt Salvaleon, Zeybo, Cotuy, Azva, Yaguana, Conception de la Vega, S. Iago de los Cavalleros, Puerto de la Plata, & Monte Christo, quæ hodieque ab Hispanis incoluntur.

Hispaniolæ flumina celebriora sunt Ozama, Hayna, Nizao, Heyba, Yaquimo, Jaqui, à Christophoro Colombo in prima detectione Rio de Oro nuncupatum, Nicagagua, Beunicum, Coatenicu, Cibu, aliaque. Qui plenam fluviorum hujus Insulæ descriptionem desiderat, libros Oviedi legat.

Insula, quam Hispani primum Iuanam, deinde Ferdinandam dixere, Cuba notiori nomine audit. Ad Boream Floridae continentem habet, ad occasum lato fatis freto à nova Hispania dividitur, ad Austrum Racutana est Insulaque Iamaica. Terra magnam partem in vastos montes attollitur; densæ ubique silvæ, cedri multæ proceritate & crassitie præstantes, ex quibus ingentes olim Canopæ fiebant, quinquaginta & plurium hominum capaces: aliæ hic etiam arbores, Styrcis feraces & Xagæ. Vitium silvestrium ingens hic copia, quæ acidas uvas ferunt, ex quibus vinum exprimitur acetosum. Hispani inde redeuntes narrare solent se vidisse vineam 230 leucas in longitudinem diffusam, incredibilis enim earum numerus insulam occupat, quarum aliquot trunci adeo crassi sunt, ut viri medietatem æquent. Avium infinita pene multitudo, palumbium, turturum, perdicum, quæ in aliis Americae Insulis haud facile inveniuntur. Peculiaris huic Insulæ avis est, quam Hispani Flamenco vocant, grui forma non absterilis, junioribus plumæ candidæ, ubi adoleverint, colorum elegantissimorum varietate distinguuntur. Innumeri hic etiam pſittaci, saporis gratissimi dum juvenes sunt, ut & Bambiayæ, avium genus, & Yguanæ, serpentum. Cazabio hæc Insulæ pro pane utuntur, cuius hic magnus proventus. Taurorum vero, & vaccarum hæc hic abundantia, ut in eorum tergoribus præcipuum incolarum mercimonium quæstusque consistat: nec minor è sagina porcorum, quorum carnes in longas lacinias dissectas ad solem indurant atque exsiccat, quibus naves Hispanicæ è continente Americae remeantes pro comæatu potissimum utuntur. Nulla Insularum alimonia tam copiosa abundat. Multum hic gossypii nativi est, quod Indiani præparant & filant. Dives insuper hæc Insula censetur metallis, plures enim annes auriferi sunt, quorum ii qui Xagæ portum insulant, auri perfectissimi granula subministrant. Denique insula hæc irrigua est & fertilis meliusque temperata quam Hispaniola. Indigenæ jam dudum ab Hispanis sunt deleti, ita ut à paucis magna hæc Insula habitetur.

Oppida hic rara. Primum est S. Iacobi ad intimum gremium portus, inter maximos Novi Orbis facile primi, ubi naves sine anchoris & funibus tutæ sunt. Tribus ab urbe leucis ditissima æris fodinæ juxta montem sunt. Anno 1601 oppidum hoc à Centurione Clift occupatum est coactumque 100000 castellanos pendere. Navis tergoribus & faccero onerabantur. Baracoa oppidum alterum est, prope quod flumen Mares decurrit, in ipso ostio 6 aut 8 orgyas altum, interius 7. Portus est minorum navium capax, sed Trascia Corroque expositus. Silvæ vicinæ laudatissimum ebenum ferunt, & lignum Brasilium. Bayamo vel San Salvador salubritate æris cæteris Insulæ oppidis antestat. Puerto del Principe insignem ad latus Septentrionale habet portum. Haud procul hinc fontes bituminis sunt, quod picandis navibus inservit sebo admisso. Oppidum aut vicus potius S. Spiritus est ad ripam amnis Saas non nisi minoribus navigiis commodus. Multa hic tergora. In Australi Insulæ plaga olim Trinitatis oppidum floruit. In hoc aultri tractu quondam sita erat civitas S. Christophori de Habana, quæ nunc est ad Septentrionalem oram, ex adverso Floridae. Civitas hæc non solum prima omnium, quas Hispaniarum Rex in hac Insula possidet, sed totius insuper Americae portus maxime memorabilis & munitissimus, ubi Gubernator & ministri regii degunt. Portus mire magnus & fidus, præcipue postquam Philippus II per Archistrategum suum Ioannem Texeda & Mathematicum Baptistam Antonelli eundem denuo muniri curavit. Omnes classes Americanae huc se recipiunt, ut simul in Hispaniam redeant. Olim Puerto de Carenas vocabatur, ob commodam navium transvectionem. Fauces portus adeo sunt angustæ ut vix binas naves admittant, quamvis alveum ut minimum sex orgyarum habeat. Angustia hæc paullatim lateribus sensim recedentibus se in amplissimum sinum diducit. In ipso ostio duo sunt promontoria totidem validissimis castellis munita, multisque tormentis bellicis instructa. Ipsum quoque oppidum firmissima arce defenditur. Castellum in angulo Orientali octo habet propugnacula, turres quatuor, superius calce illitas, ut procul navigantibus appareant: infra acclive littus ejusdem castri ad portum ingressum duæ, ut cum militibus loquar, sunt formæ planæ, machinis tormentariis instructissimæ. Mense Maio plurimæ huc adveniunt naves tergoribus onustæ: in Junio à litore Iucatan, ligno Campeſchio, Couchenilla & linteis gossypinis: in Julio ex Honduris, in fine ejusdem mensis classis Novæ Hispaniæ, & initio Augusti classis ex Terra Firma: quæ tamen ob varias rationes tempus mutant, quamvis non facile post Kalendas Septembris huc cursum teneant. Alios Cubæ portus hic describere longum foret.

Cum Christophorus Columbus primum Iamaicam detexit, S. Iacobi Insulam appellavit, sed priori nomine notior est. Præter cæteras cœli solique bonitate excellit, maxima sui parte plana atque campestris, quæcunque ad vitam humanam necessaria sunt, læta ubertate producit: equorum, taurorum, vaccarumque & porcorum benigna genitrix: ex Yuca Cassavi conficitur (quo pro pane utuntur) tanta copia, ut hæc cæterarum Insularum horreum merito censerit possit. Gossypium hic optimum & magna abundantia crescit, ex quo multas telas, multas Hamacas, sive lectos pensiles, conficiunt, quibus Indi utuntur. Magni hic fructuum præstantissimorum proventus. Qui ibi fuerunt, testantur amoenissimam & saluberrimam totius Americae esse regionem. Hispanis tria ibidem sunt oppida, Sevilla primum, Melilla & Orifan. Propter crebra vadorum brevia & cautes circumquaque infidiosas multa vigilantia opus est eo navigantibus.

Minorum Insularum in vicinia Iamaicæ sitarum ingens & incertus est numerus: dividuntur plerumque in Lucayæ & Canibales.

Lucayæ

I N S V L Æ  
A M E R I C A N Æ,  
I N  
O C E A N O S E P T E M T R I O N A L I,  
Ante sinum Mexicanum, & aliquot  
Continents regiones.



Recta ante Sinum Mexicanum, & ubi Americae pars australis Septentrionali longo angustoque tractu connectitur, complures majores minoresque sunt Insulæ. Præcipuæ habentur Cuba, Hispaniola, Iamaica, & Porto Rico, quam incolæ & accolæ olim Boriquen appellabant. Hanc Christophorus Columbus secunda sua navigatione, anno 1493 primum adiit & S. Ioannis Baptista nomini dedicavit. Distat ab Insula Hispaniola versus Ortum, quindecim aut sexdecim leucas sive milliaria Hispanica. Patet quadraginta, aut quinque amplius in longitudine, Ortum atque occasum inter, viginti autem in latitudine, qua Meridiem & Septentrionem respicit. Ferax est omnium quæ Hispaniola gignit, Maizii insuper & Iucæ. Cœli temperies perjudicanda totoque anno eadem, exceptis mensibus Decembri & Januario. Non torretur nimis æstibus, sed multis imbris humectatur ab exitu Maii ad Septembrem. Mense Augusto & Septembri gravibus interdum procellis vexatur, quas Huracanes vocant. Pascua magnum accipiunt detrimentum ab arboribus Guajabis, quæ hic admodum frequens est omnemque fere planiciem occupat. Decem leucis ab oppido Porto Rico versus Euronotum mons altus asurgit, La Sierra del Loquillo Hispanis dictus, qui uno & continuo ductu per ipsam insulam dorsum ab Oriente & Occidente ad mare & S. Germani opidum se exporrigit. Inter viginti tres fluvios qui ex hac Insula in mare excurrunt septem sunt majores, nimirum Bayamos, qui medio milliari ab oppido Porto Rico sinui maris miscetur: Toa, Guiane, Arezibo, Guabiabo, Rio grande, & Luifa d'aqua, portus per commodus. In medio insulæ plures sunt torrentes, in quibus quondam aurum reperiebatur: diversæ etiam sunt aurifodinæ, maxime ad Septentrionem, ut Oviedus affirmat, insuper argentum, stanni, plumbi, argenti vivi, lapidis Lazuri, quo pictores utuntur, & decem molæ ad præparandum faccarum, quas Hispani ingenios vocant. Præcipuæ hujus Insulæ divitiæ largus cannamolæ ad præparandum faccarum, quas Hispani ingenios vocant. Præcipuæ hujus Insulæ divitiæ largus cannamolæ ad præparandum faccarum, quas Hispani ingenios vocant. Præcipuæ hujus Insulæ divitiæ largus cannamolæ ad præparandum faccarum, quas Hispani ingenios vocant. Magna abundantia hic etiam crescit omnes fructus & herbæ Castilienses, exceptis olivis.

Civitas S. Ioannis de Porto Rico nomen habet ab insigni portu, quem divitem dicunt ob commodum situm, & fidam stationem navium contra tempestates. Sita est in parva Insula à majori distincta, ideoque aquas dulces & recentes non habet præterquam in cisternis, & ex fonte qui juxta mare in montibus arenosis oritur, media ab oppido leuca. Ex civitate ad insulam itur per viam silice stratum, quæ El puente de Aquillar vocatur. Castellum in edito est, El morro empinado dicto, ad portum ingressum, angustis Oceani faucibus cinctum, novissime operibus munitum. Tentavit hanc urbem Franciscus Dracus ultima sua expeditione, sed frustra. Anno 1597 postquam Comerlandiæ Comes Caracaram excursum in flumine civitatis Vhisiponensis impeditisset, huc vela direxit, opidumque cum multis propugnaculis occupavit, octoginta tormenta bellica & luculentam prædam avexit. Proposuerat castellum & civitatem munire milite præfidiario, sed tantus copias invasit moribus, ut ultra quatuor millia expirarent, cogereturque Angliam repetere. Anno denique 1625 Balduinus Henricides Generalis Societatis Indiæ Occidentalis Præfectus, ringente licet castelli præfidio, inter faucium angustias & tormentorum fulmina eluctatus oppidum superavit, & aliquamdiu retinuit.

Municipium S. Germani, olim nova Salamanca dicta, ex ruderibus Guadianillæ constructum est: abest 30 leucis aut quinque amplius à Porto Rico, aliquoties à Gallis direptum est.

Tertium oppidulum hujus Insulæ Arrezibo est, triginta circiter leucis à Porto Rico situm. Insula Hispanis dicta Hispaniola, Indianis olim Aytî & Quisquia, ab Oriente in Occidentem 150 leucas longa est, ubi angustior, 30, ubi latissima 60 patet. Solo gaudet admodum fecundo, lætissimisque pascuis, quæ quo sit, ut increduli hic equorum, taurorum, vaccarum, porcorum, aliorumque animalium sit copia, quæ passim per campeſtria silvasque vagantur incerti domini & primo occupantis. Qui ea venantur tergorum tantum causa necant, carnes volucris & canibus sub dio relinquentes, qui harum esu ita multiplicantur & effectum terantur, ut instar luporum animalibus non leve damnum inferant. Præcipuæ hujus tractus merces sunt terperati est genii, solique tam fertilis, ut feracissimis totius orbis regionibus conferri possit. Vnde Hispani temperati est genii, solique tam fertilis, ut feracissimis totius orbis regionibus conferri possit. Vnde Hispani recte olim judicantur Regique suggererunt, hanc opportunissimam esse, ut omnibus Indiæ ditionibus contra aliarum gentium invasiones succurrat, modo sufficiente præfidio custodiatur, omnibusque classium præfectis præcipiatur tam in abitu quam reditu huc naves appellere: sed nihil tale hæcenus mandatum.

Metropolis hujus insulæ omniumque vicinarum S. Domingo, cum anno 1494 à Bartholomæo Colombo, justu Christophori fratris, primum conderetur, novæ Isabellæ nomen tulit, Isabellæ veteris civibus eo traditis: ædificata autem erat ad Orientalem fluminis Ozamæ ripam, ubi commodus portus. Verum quum cœcis: ædificata autem erat ad Orientalem fluminis Ozamæ ripam, ubi commodus portus. Verum quum cœcis: anno 1502 pleraque hujus urbis ædificata horrenda tempestas, & terræ motus subvertissent, Nicolaus de Obando, qui tum Insulæ præerat, illam ad oppositam Occidentis ripam traſtulit. In ea præter Gubernatorem totius Insulæ

America.

D 3